

# ARITHMETICES

3 Aurei, Reducendi per multiplicacionem.  
24 solidi

48

6 solidi subtrahendi,

42 solidi relictī, à quibus dematur vnus solidus, remanentibus 41 & ab illo solido fiet subtractio denariorum 8, remanentq; denarij 7.

Probatio fit per additionem, si scilicet numeris iterum coniunctis, prior numerorum ordo redit,

## DE MULTIPLICATIONE.

Quid est Multiplicatio?

Est, quæ docet numerum quemcunq; exaggerare multoties, ut 23 multiplicare per 6. est 23, exaggerare sexies.

Quomodo collocantur numeri in Multiplicatione?

Numerus alius sub alio, eodem plane modo & ordine, quo in additione, & subtractione, hoc modo:

2 6 7

2 4

Numeri in Multiplicatione quomodo vocantur?

Super